

partes Orientis predicavit asian, macedoniam, ero-
stachiam, agagulleam, ciliciam, pamphiliam et
galatiam. Cumque hanc mundi partem vaticiniis
suis repleset, inde venit ethiopiam, gabasera
(= gabada) et babiloniam, affricam, libiam, pentapolim
mauritaniam et palarmum. Omnes has provincias
predicavit, et spiritu prophetie repleta prophetavit
bonis bona et malis mala. Scimus namque quia
in preceniis suis vera annuntiavit et quae in novissi-
mis erant ventura predixit. Audientes igitur famam
eius principes romani statim nuntiaverunt in conspectu
trian^(sic) imperatoris. Mittens ergo imperator legatos ad
eum fecit eum cum magno honore deducere romanum.
Centum igitur viri ex senatu romano somnium unum
in una nocte viderunt singuli. Videbant in visu
quasi novem esse soles in celo, qui singillatim
diversas in se habebant figuras. Primus sol erat...

f. 96² = [explicit] Deiciet colles, valles exaltat ab imo. Non
erit in rebus hominum sublime vel altum. Iam equantur
campis montes et cerula ponti. Omnia corrabunt; tellus
confacta peribit. Sic pariter funderentur (= ruerent)
flumina igni. Et tuba tum sonitum tristeum dimittet ab
alto:] Orbe gemenus facinus miserum varioque labores,
Tartareumque chaos monstrabit terra deiscens. Et conam
hic domino reges sistentur ad iunum. Recidet e celo
ignisque et sulphuris annis ~ ~